奉天承運

皇帝勅諭暎咭唎國王知悉爾國王遠慕聲教嚮化維殷遣使恭齎表貢航海祝釐朕鑒爾國王恭順之誠令大臣帶領使臣等瞻覲錫之筵宴賚予駢蕃業已頒給勅諭賜爾國王文綺珍玩用示懷柔昨據爾使臣以爾國貿易之事稟請大臣等轉奏皆係更張定制不便准行向來西洋各國及爾國夷商赴天朝貿易悉於澳門互市歷久相沿已非一日天朝物產豐盈無所不有原不籍外夷貨物以通有無特因天朝所產茶葉磁器絲觔為西洋各國及爾國必需之物是以加恩體恤在澳門開設洋行俾得日用有資並沾餘潤今爾國使臣於定例之外多有陳乞大乖仰體天朝加惠遠人撫育四夷之道且天朝統馭萬國一視同仁即在廣東貿易者亦不僅爾暎咭唎一國若俱紛紛效尤以難行之事妄行干瀆豈能曲徇所請念爾國僻居荒遠間隔重瀛於天朝體制原未諳悉是以命大臣等向使臣等詳加開導遣令回國恐爾使臣等回國後稟達未能明晰復將所請各條繕勅逐一曉諭想能領悉據爾使臣稱爾國貨船將來或到浙江寧波珠山及天津廣東地方收泊交易一節向來西洋各國前赴天朝地方貿易俱在澳門設有洋行收發各貨由來已久爾國亦一律遵行多年並無異語其浙江寧波直隸天津等海口均未設有洋行爾國船隻到彼亦無從銷賣貨物況該處並無通事不能諳曉爾國語言諸多未便除廣東澳門地方仍准照舊交易外所有爾使臣懇請向浙江寧波珠山及直隸天津地方泊船貿易之處皆不可行又據爾使臣稱爾國買賣人要在天朝京城另立一行收貯貨物發賣仿照俄羅斯之例一節更斷不可行京城為萬方拱極之區體制森嚴法令整肅從無外藩人等在京城開設貨行之事爾國向在澳門交易亦因澳門與海口較近且係西洋各國聚會之處往來便益若於京城設行發貨爾國在京城西北地方相距遼遠運送貨物亦甚不便從前俄羅斯人在京城設館貿易因未立恰克圖以前不過暫行給屋居住嗣因設立恰克圖以後俄羅斯在該處交易買賣即不准在京城居住亦已數十年現在俄羅斯在恰克圖邊界交易即與爾國在澳門交易相似爾國既有澳門洋行發賣貨物何必又欲在京城另立一行天朝疆界嚴明從不許外藩人等稍有越境攙雜是爾國欲在京城立行之事必不可行又據爾使臣稱欲求相近珠山地方小海島一處商人到彼即在該處停歇以便收存貨物一節爾國欲在珠山海島地方居住原為發賣貨物而起今珠山地方既無洋行又無通事爾國船隻已不在彼停泊爾國要此海島地方亦屬無用天朝尺土俱歸版籍疆址森然即島嶼沙洲亦必畫界分疆各有專屬況外夷向化天朝交易貨物者亦不僅爾暎咭唎一國若別國紛紛效尤懇請賞給地方居住買賣之人豈能各應所求且天朝亦無此體制此事尤不便准行又據稱撥給附近廣東省城小地方一處居住爾國夷商或准令澳門居住之人出入自便一節向來西洋各國夷商居住澳門貿易畫定住址地界不得逾越尺寸其赴洋行發貨夷商亦不得擅入省城原以杜民夷之爭論立中外之大防今欲於附近省城地方另撥一處給爾國夷商居住已非西洋夷商歷來在澳門定例況西洋各國在廣東貿易多年獲利豐厚來者日衆豈能一一撥給地方分住耶至於夷商等出入往來悉由地方官督率洋行商人隨時稽察若竟毫無限制恐內地民人與爾國夷人間有爭論轉非體恤之意核之事理自應仍照定例在澳門居住方為妥善又據稱暎咭唎國夷商自廣東下澳門由內河行走貨物或不上稅或少上稅一節夷商貿易往來納稅皆有定則西洋各國均屬相同此時既不能因爾國船隻較多徵收稍有溢額亦不便將爾國上稅之例獨為減少惟應照例公平抽收與別國一體辦理嗣後爾國夷商販貨赴澳門仍當隨時照料用示體恤又據稱爾國船隻請照例上稅一節粵海關徵收船料向有定例今既未便於他處海口設行交易自應仍在粵海關按例納稅毋庸另行曉諭至於爾國所奉之天主教原係西洋各國向奉之教天朝自開闢以來聖帝明王垂教創法四方億兆率由有素不敢惑於異說即在京當差之西洋人等居住在堂亦不准與中國人民交結妄行傳教華夷之辨甚嚴今爾國使臣之意欲任聽夷人傳教尤屬不可以上所諭各條原因爾使臣之妄說爾國王或未能深悉天朝體制並非有意妄干朕於入貢諸邦誠心向化者無不加之體恤用示懷柔如有懇求之事若於體制無妨無不曲從所請況爾國王僻處重洋輸誠納貢朕之錫予優嘉倍於他國今爾使臣所懇各條不但於天朝法制攸關即為爾國代謀亦俱無益難行之事茲再明白曉諭爾國王當仰體朕心永遠遵奉共享太平之福若經此次詳諭後爾國王或悞聽爾臣下之言任從夷商將貨船駛至浙江天津地方欲求上岸交易天朝法制森嚴各處守土文武恪遵功令爾國船隻到彼該處文武必不肯令其停留定當立時驅逐出洋未免爾國夷商徒勞往返勿謂言之不預也其凜遵毋忽特此再諭

乾隆五十八年九月初三日

Imperii Kien Long anno quinquagesimo octavo Luna nona Tertia die

Responsum Imperatoris Sinarum ad Regem Angliæ. Vester Rex è longinquo admirans splendorem hujus imperii in hoc ostendit animi sui sagacitatem et ideò misit legatum qui peragraret maria, et obsequiosè mihi afferret litteras patentes et munera. Ego perspexi animum tuum sincerum, ô Rex, jussi meis magnatibus ut legatum ad me adducerent, eique dedi convivium: dedique quoque illi litteras meas et pro Majestate Tuâ pulcherrima et mira dona et lapidibus pretiosis et ex aliis rebus: fecique ut qui ab extremis terræ venerant huc, viderent meam ergà eos affectionem. Modò tuus Legatus ô Rex rogavit meum ministrum ut ad me referret nonnulla pertinentia ad commercium subditorum tuorum; sed quia petitiones illæ eò tendunt ut mutentur omnes consuetudines commercii europei hîc jam diù stabilitæ, ideò illis acquiescere non possum. et ut ad examen veniamus; omnium Regnorum Europæ et vestri etiam regni mercatores qui ad Sinas veniunt, omnes ab innumeris annis appellunt Cantonem. productiones hujus nostri imperii multiplices sunt et copiosæ, nec ullo modo indigemus productionibus externis. in Sinis sunt folia Thé, utensilia porcellana, sita serica et alia quamplurima. in omnibus regnis europeis et in vestro etiam fit usus prædictarum mercium; et ideò benefaciens vobis jussi ut aperirentur Cantone dictarum rerum officinæ publicæ. Nunc vester Legatus cum postulatis suis ut subvertatur iste unus modus commercii jam stabilitus et inducatur alter modus. hæc nova ratio valdè contraria esset benevolentiæ quam habet hoc nostrum imperium ergà nationes exteras. Nobis in more est ut diligamus omnes sine partialitate: non sunt tantùm Angli qui mercaturam faciant Cantone; si ergò omnes alii ad exemplum vestrum easdem petitiones facerent possem-ne facere satis singulorum postulatis? Quia vester Rex manet valdè longè à nobis et divisus per plura marium spatia, ideò non benè callet nostros mores. Ego jubens meis magnatibus ut in Angliam remittant legatum vestrum, timens autem ne ille possit satis clarè meam intentionem tibi aperire ô Rex, ad singula illius quæsita singulas tibi subjicio responsiones meas. Spero quòd in iis veritatem et æquitatem perspicies. Vestri legati una petitio erat ut naves vestræ mercantiles ad libitum possent appellere sivè in Nimpo et Tchou-chan provinciæ Tche-kiang, sivè in Tien-tsin-ouei, sivè in Quang-tong et alia loca. Propriè omnes omninò mercatores aliorum regnorum Europæ qui veniunt in Sinas ab antiquo faciunt suum commercium Cantone, et vestri quoque mercatores hoc ipsum à multis annis semper fecere: in Nimpo provinciæ Tche-kiang, in Tien-tsin-ouei provinciæ Tchi-li non sunt officinæ preparatæ pro pro hujusmodi mercimonio, si naves vestræ illùc appellerent, quid possent emere? Et verò cùm dictis in locis non sint interpretes, nemo intelligeret linguam vestram, et nulla indè vobis proveniret utilitas: si vultis, faciatis Cantone commercium de more; quòd vero attinet ad petitionem Legati vestri pro illis portubus Nimpo, Tchou-chan Tien-tsin et cæteris, illi profectò obtemperare nequeo. Deindè vester legatus petit ut ad modum Russorum aperiatur Pekini locus aliquis pro vestro mercimonio: hoc à fortiori concedi non potest. hæc urbs capitalis est locus ad quem conveniunt omnium nationum homines: leges idcircò sunt admodùm severæ et rigidæ. nationes exteræ numquam habuêre Pekini locum mercimonii: vestri mercatores ideò fecerunt commercium Cantone, quia erat portus pro vobis propinquior, et insuper illùc confluebant alii Europei mercatores, et accessus ac recessus vobis erat facilior. Regio vestra sita est ad Nord-ouest Europæ distans multùm à nobis; si haberetis locum mercimonii Pekini, accessus et recessus foret vobis multò difficilior. Russi habuerunt Pekini locum mercimonii, fateor, sed id fuit pro interim donec aperiretur dictus locus in Kiactou: apertâ mercaturâ in Kiactou, mercatores Russi omnes remissi fuêre in Kiac-tou et non fuit permissum illis manere Pekini: jam à multis annis hoc factum est. Russi faciunt mercaturam in Kiac-tou sicuti vos facitis Cantone, ad quid ergo novum locum mercimonii aperire Pekini? Confinia nostri imperii magnâ cum vigilantiâ custodiuntur: exterarum nationum homines non possunt pro libitu ea prætergredi: est inutile ut petatis locum hujusmodi ad faciendum commercium Pekini. Tertiò vester legatus petiit ut mercatores Angli possint obtinere parvam insulam Tchou-chan, et illic manendo faciant mercaturam: sed in illâ insulâ neque sunt interpretes, neque mercium officinæ neque naves possunt ibi diù consistere. etiamsi obtineretis insulam illam, esset pro vobis inutilis. est mappa hujus imperii: limites severè custodiuntur, sivè sit insula, sive anfractus maris, omnia mensurata sunt, et habent qui ea gubernet: preterea qui veniunt ad nos pro mercaturâ non sunt soli Angli, si alia regna ad exemplum vestrum vellent habere locum aliquem, quomodo satisfacere possem omnibus? Verè non est talis mos in nostro imperio. hæc petitio difficiliùs admitti potest. Quartò velletis etiam unum parvum locum vel propè Cantonem vel propè Macaum ubi vestri mercatores manentes ad libitum eorum venire et redire possent. Quoad mercatores europeos qui Cantonem appellunt exercendi commercii causâ, locus habitationis eorum determinatus est et limitibus circumscriptus, neque ei licet pro libitu prætergredi; neque permittitur illis intrare urbem: sic usque nunc factum est, ne sorte inter vestros et nostros exoriretur aliqua rixa: et ideò hujusmodi necessaria consuetudo inducta est: modò velletis propè Cantonem locum aliquem inhabitandum à vestris mercatoribus: hic non est modus anteà stabilitus ut omnes mercatores europei degant Macai. insuper omnium Regnorum Europæ mercatores à pluribus annis Cantone commercium facere consueverunt, et maximum lucrum indè consecuti sunt: advenientes huc ad commercium sunt valdè multi, quomodo dare singulis hujusmodi loca separata propè Cantonem? preterea mercatores europei habent Mandarinos prepositos habitationi illorum Cantonensi: assiduè vigilant ne quid mali eis contingat: quod si non esset talis ordo constitutus inter sinenses et europeos, continua forent jurgia, et tunc mea in europeos benevolentia ubinam esset? Convenit ergò omnes europeos mercatores, ut de more, manere in illo loco in quo fuêre usque ad hanc diem: si hoc fiat, tunc omnia benè. Quintò petiit ut Angli mercatores ex Cantone usque Macaum et vicissim per fluvium navigantes non tenerentur solvere vectigalia pro mercibus suis, et si exigerentur, valdè modica exigantur. Quandò exiguntur vectigalia ab hominibus exterarum nationum sunt determinatæ taxæ, pro Europeis mercatoribus ex quocumque regno venientibus, eadem servatur regula. à vobis non plus justo exigetur, neque pro vobis fiet imminutio: uno verbo agetur vobiscum sicut agitur cum aliis nationibus. imposterum quicumque ex vestris appulerit Macaum vel Cantonem, eos sicut priùs benevolè tractabo. Sextò legatus dixit se velle pro jure anchoræ illud dare in aliis portubus, quod datur Cantone. Revera est etiam Cantone taxa determinata pro hujusmodi jure anchoræ. in alios portus non permittuntur naves intrare ad faciendum mercimonium: debetis ergò secundùm consuetudinem Cantonensem dare ibi quod statutum fuit pro jure anchoræ: sed hâc de re non expedit multùm loqui. Retroactis seculis vos sequebamini veræ religionis institutum: in nostro Sinensi Imperio ab initio usque nunc sapientes Imperatores doctrinam stabiliendo et ad posteros transmittendo effecerunt ut ex quatuor partibus Imperii omnes subditi eam doctrinam sequerentur uti faciunt à pluribus seculis. neque debet quis eos perturbare in exercitio antiquæ suæ religionis. Quod verò attinet ad Europeos qui jam sunt Pekini et præstant mihi obsequium suum, ipsi nullatenùs excitant rixas, neque pro libitu communicationem habent diversis in locis. facilè est dignoscere quis bonus vel malus sit. Nunc vestri legati intentio esset propagare anglicanam vestram religionem, hoc à fortiori non permittam. Persuadere mihi non possum has prædictas petitiones è motu Tuo promanasse, ô Rex: videntur à Legati motu proprio provenire. Ego peramanter excipio omnes qui ex quocumque regno mittuntur legati, et quandò postulationes eorum conformes sunt legibus hujus Imperii, libenter illis acquiesco. De facto quia Legatus Majestatis tuæ obtulit mihi plurima munera, ego quoque retribui dona plura et majora quam retribuere moris est legatis aliorum regnorum. Nunc verò quæ postulavit Legatus vester, cùm adversentur legibus et consuetudinibus hujus nostri Imperii, et sint vobis prorsùs inutilia, non possum illis postulationibus acquiescere. Pro secundâ vice moneo ô Rex ut conformes te intentioni meæ, et perpetuam invicem pacem et unionem custodiamus: hâc ratione felices esse poterimus. Post meam hanc commonitionem si Majestas Tua juxtà postulata legati sui mittat naves et velit fieri mercaturam vel in Nimpo, vel in Tchou-chan, vel in tien-tsin aut in aliis locis, cùm leges nostræ sint valdè severæ, jubebo mandarinis meis ut ex prædictis portubus naves vestras ejiciant: et sic frustrà et cum tanto labore venirent vestri mercatores. Tunc non poteris conqueri quòd clarè non præmonuerim vos. Vivamus simul in amicitiâ et pace: et verba mea noli parvipendere: idcircò expressè ad Te hâc de re repetitis vicibus scribo./.

[illegible]

Supplied by the Royal Archives / © Her Majesty Queen Elizabeth II 2022